

ad cameram nostram et tertium ad magistros rationales predictos
mittas. dictis enim pupillis et familiis eorum expensas necessarias
et quelibet oportuna ministros de proventibus bonorum eorundem;
facto vero servitio debito curie nostre, quod pro terris eorum curie no-
stre debetur, reliquam quantitatem proventuum bonorum pupillo-
rum ipsorum fideliter debeas conservare. volumus tamen et tibi ex-
presso mandamus, quatinus de procuracione huiusmodi baliatus
filiorum comitum et baronum bis in anno, in festo resurrectionis
dominice videlicet ac in fine anni, computum coram magistris
rationalibus magre curie nostre ponas. [Volumus preterea et man- [23]
damus, ut domos possessiones alias iardina vineas et molendina
curie nostre sic repares et reparari facias ac debito cultu culti-
ri, ut ea semper in augmentum provechi et non in aliquo deteriorari
contingat, factorus necessarias expensas super bonis omnibus nostre
curie procurandis ac universis et singulis serviciis nostris, sicut melius
pro utilitate nostre curie videris expedire, ita tamen quod huiusmo-
di domos et possessiones, quas te facere reparari contigerit, reparatas
esse, et in quo statu fuerint, in exitu officii tui doceas tui racio-
cii tempore per legitima documenta, alioquin expensas per te facien-
das in premissis tuo raciocinio volumus computari.] Si vero aliquid [24]
mandatum nostrum ad te super aliquibus negociis ac iuribus fisca-
libus quibuscumque tibi contigerit destinari, tam de inquirendis eis-
dem quam super recipiendis et audiendis testibus vel videndis in-
strumentis et cautelis, ^{in aliquibus} super huiusmodi negociis iuribus et rebus fisca-
libus, volumus et mandamus, quod personaliter cum iudice et nota-
riis tuis tibi per nostram curiam deputatis mandatum ipsum exequi-
cioni fideliter studeas demandare et ipsum nullum exequendum
in toto vel in parte committas, sicut desideras indignacionem nostre